



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

Gretser, Jacob

Ingolstadii, 1611

IV. Vita S. Kunegundis Imperatricis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41527

203

VITA
S. KVNEGVDIS IMPERATRICIS,
QVÆ
CVM SANCTO
SVO CONIVGE HEN-
RICO IMP. EPISCOPATVM
BAMBERGENSEM CONDIDIT
AC FVNDAVIT.

Nunc

*Ex antiquis membranis auctior & correctior
edita, & notationibus illustrata.*


Studio

IACOBI GRETSERI, SOCIETA-
TIS IESV THEOGL.



AD D. CVNEGUNDDEM, QVÆ
VIRGINITATIS PROBANDAE CAVS-
SA SOLVM CANDENTI FERRO STRA-
tum inuiolata calcauit.

Blandiri culpa rapidus cum nesciat ignis,
Ire per accensos vis quoq; Diu, rogos.
Nudus in ardenti pes audet ludere flammam,
Scilicet est animi conscius ipse sui.
Quæ subigit ferrum, castas nequit vrere plantas
Pruna, nibil, flammis quod violetur, habent.
Innocue merito domitas alludere flamas,
Et prunas animum ponere, virgo, doces.
Impuros etenim solita est punire, recusat
Lædere virgineos flamma pudica pedes.
Attonitoq; tuus iam nunc pes regnat in igne,
Cui dudum dominus securus ignis erat.
Quæ poteras ipsos calcare Cupidini ignes,
Proterere & Paphias noxia tela faces,
Quæq; Dionæas Veneris contemnere flamas,
Nunc quoq; Vulcanum spernere debueras.



VITA



INDEX CAPITVM.


- CAP. I. *Genus & coniugium.*
II. *S. KVNEGVDIS probat suam innocentiam ignitis vomeribus.*
III. *Templa studio S. KVNEGVDIS condita.*
IV. *Confugiense Monasterium à S. KVNEGVDIS exstructum.*
V. *Munificentia S. HENRICI & S. KVNEGVDIS in varias Ecclesias.*
VI. *Cur Auctor hanc scriptiōem susceperebit?*
VII. *S. KVNEGVDIS mortuo Marito pietatis exercitationibus sedulò insistit.*
VIII. *Epistola S. KVNEGVDIS ad Confugiensem congregationem.*
IX. *S. KVNEGVDIS mundo se abdicans, religiosum habitum induit.*
X. *Qualem vitam in Monasterio duxerit S. KVNEGVDIS.*
XI. *S. KVNEGVDIS signo Crucis incendium restinguuit.*
XII. *Exemplum severitatis in dissoluta vita Abbatissam.*
XIII. *Miraculum in chirotheca S. KVNEGVDIS.*
XIV. *Mors S. KVNEGVDIS.*
XV. *Funus S. KVNEGVDIS. Deportatio Bambergam; & sepultura.*
XVI. *Praefati uncula in miracula S. KVNEGVDIS.*
XVII. *Energumenus ad sepulcrum S. KVNEGVDIS liberatur. Tres iidem contracti curati.*

- XVIII. Varie agrorum curationes.
XIX. Suspensi S. KVNEGVDIS ope seruati.
XX. Infans sine baptismo mortuus, reuiuiscit ad sepul-
chrum S. KVNEGVDIS.
XXI. Puer mortuus resuscitatur.
XXII. Puerilla submersa reuocatur ad vitam.
XXIII. De muto.
XXIV. De puerò à lupo rapto.
XXV. De seruulo.
XXVI. De terrain thus, & in granamutata.
XXVII. Epilogus cum precatione ad S. KVNEGVDIS.



VITA

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



VITA S. KV. NEGUNDIS IM- PERATRICIS.

CAPUT PRIMUM.

Genus & coniugium,

EX præclaro parentum sanguine, & augustæ nobilitatis gradu, duo immarcessibilis gloriæ flores mundo enituerunt, sanctus videlicet HEINRICKVS cognomento PIUS, gloriofissimum Romanorum Imperij decus, eiusque dignissima * conteatalis, piæ memoriam, CHVNEGUNDIS Augusta & Imperatrix. Eadem vero beata & Deo dilecta terreno Imperatori * copulariter, non carnaliter coniuncta, cœlesti Regi suam virginitatem consecravit, quam usque in finem casti * virginis consensu, Deo teste, conseruauit. Quod postmodum diuinitas, ne lumen in tenebris lateret, ostendit: dum eam, ad confundendum virginitatis hostem, & obstruendum os mendacia contra Virginem Christi loquentium super ignitos vomeres incedere, & illasam procedere dedit.

* Vxor. Aliquis legunt apud Ditzmarum, & alios hac voce & sor. Conlectalis, electo, & Conthoralis, à thoro.

* Sur. corporaliter.

* Henrici Imp. qui & ipse Virginitatem integrum seruauit.



O 2

CAPUT

CAPVT SECUNDVM.

S. KVNEGVNDIS probat suam innocentiam ignitis vomeribus.



Valiter autem id factum sit, ad communem edificationem prætereuudum non est, ut & castimonia erudiamur exemplis, & diuinorum secretorum admiratione moueamur, intelligentes, quæ admodum diligentibus Deum omnia cooperantur in bonum. Tantis namque ac talibus bonis tentatio deesse non potuit. Inuidus enim omnium bonorum diabolus, vbi torum immaculatum fauciare non potuit, zelotypiæ liuore fecare cogitauit, & eius saltem famam lñdere, cui vulnus corruptionis infligere non valuit.

Facta est igitur, auctore diabolo, suspecta criminis, quæ non nouerat maculam corruptionis. Sed, quia crudelis est, qui famam suam negligit, expurgationis gratia, ad vomeres candentes illud sibi iudicium elegit, quod propter duritiam hominum institutum esse cognoscitur. Cumque dilecta Deo ad illud iudicium velut ouis ad occisionem duceretur, ingemuit & ait: Domine Deus creator cœli & terra, qui probas renes & corda, iudica iudicium meum & eripe me. Te enim testem & iudicem hodie inuoco, quia nec hunc præsentem HEINRICVM, nec aliquem virum carnali commissione vñquam cognoui. Hoc dicto, stuperibus, & flentibus vniuersis, qui aderant, vomeres candentes * nudo vestigio calcauit, & sine adustionis molestia secura pertransiit. Ita Deus omnipotens vinculum castæ dilectionis seruavit, innocentiam comprobauit, integritati custodiam humilitatis adhibuit. In fascibus itaque constituta, continentiaz suæ gloriam sub terreni chlamide imperij fatigebat abscondi, ut tanto propensiùs, quanto efficacius poterat, promoueret, quæ Deo inspirante, nec non adiuuante, ad ipsius laudem cogitabat perficere.

• 30 •

CAPVT

De hac probat-
tione lege Del-
rium lib. 4. Dif-
quis. Mag. cap.
4. q. 4. scilicet 3.

* Aliquando
vomerem can-
dentes, sel-
quodus aliud
ferrum igni-
manibus fere-
bant, sel pru-
nas in sinu
coniciebant;
sel pyramitra-
bant; de quib.
omnibus Del-
rius loc. cit. S.
Kuneg. ferru
igni portasse,
scribit Cran-
cius lib. 4. SA-
xon. cap. 32.

CAPVT TERTIVM.

Templastudio, S. Kunegundis
condita.

DEnique post nullam fecundissimæ plantatio-
nis sua Ecclesiam Babenberg, quam cum illo stu-
diosissimo suo cooperatore HEINRICO in loco
Babenbergen, venustissimè, sicut hactenus cer-
nitur, fabricauit sub patrocinio Principis Apostolorum P B-
TRI atq; S. GEORGII Martyris, monasterium sub regula san-
cti Benedicti ad aquilonarem plagam, in honore S. Michaëlis
Archangeli, extruxit, non minori studio prædiorum, ac di-
uersorum donariis ornamentorum. Tertiam demum versus
meridiem, sub Ordine Canonicorum, sub titulo S. Stephani
Protomartyris, paruo quidem schemate, sed maiori opera, de
suo patrimonio ecclesiam fundauit. Ad quam dedicandam
BENEDICTVM Papam, quem præfatus D E O dignus Henri-
cus Imperator, ad confirmandum Babenbergen, Pontifi-
catum aduocauerat, venire rogauit. Ipsa autem illud psalmo-
graphi secum decantans: Domine dilexi decorum domus tua; diuersa
eidem Ecclesiæ, iuxta imperiale munificentiam, munera
contulit in diuersis Ecclesiæ ornamentis. Quæ omnia ipse Do-
minus Apostolicus, ut semper memoria ipsius fundatrixis il-
lic floreat, ne quando per fraudem, aut violentiam, vel furto
inde subtrahantur, dura banni sui innodatione, septuaginta
quóque duorum Episcoporum, qui ibi aderant, autoritate,
ipso die confirmauit.

Hec omnia clausa
ra sunt ex scripta
S. Henrici: qua
prius legi de-
bet, Et hoc pro-
bè intelligatur,
præsupue cap.

6. § 7,

Vide Vitam S.
Henrici cap. 23.
§ 24.

psal. 23.

CAPVT QVARTVM.

Confugiense Monasterium à Kune-
gunde exstructum.

Con Monasterium in honore Salvatoris, & eius
victoriosissimæ Crucis, in loco, qui Confugia dicitur,
magnificè construxit, & ancillarum Dei libidem

O 3 D E O

Deo secundum regulam S. Benedicti seruientium congregatiōnem decentissimē ordinauit. Porrō cooperante ei in omnibus imperiali maiestate, idem Monasterium omni ornatus decorauit. Ante principale altare * iconam ex auro & lapide preciosissimo statuit; calices aureos & argenteos, catinos, vreos, pallas, casulas, vela, cortinas, cappas auro & gemmis preciosis intextas, & cetera vresilia, sive vasa ministerij tanto studio, & tam sumptuosis impensis eidem Ecclesiae contulit, ut quicunque ea intuentur, regiam munificentiam, & miram vtriusque Imperatoris videlicet, ac Imperatricis in Deum devotionem magnoperè mirari non cessent.

CAPVT QVINTVM.

Munificentia S. Henrici, & S. Kunegundis in varias Ecclesias.



Rēter has principales suæ fundationis & primarias Ecclesias; quæ Conuentualis Ecclesia, quæ monasteria illorum donatiuo nō gloriantur, aut in prædiis dilatata, aut decorata ornamentis? Alias enim antiquitate collapsas redificauerunt; quasdam etiam destrutas, & ad nihilum redactas, in pristinum, vel in meliorem statum restaurauerunt, & sicuti prudentes Virgines oleum suæ misericordiæ in diuersos effuderunt, ut merito dicere possint, *Christus bonus odor sumus in omni loco.*

O coniugium non voluptate, sed bona voluntate copulatum. O sanctum matrimonium, ubi una fides in uiolatæ castitatis, ubi unus spiritus misericordia ac veritatis; ubi idem velle in virtutibus, idemque nolle in vitiis: ubi nec primus, nec alter discerni potuit, dum alter, quod primus, voluit; ubi par animus, in multis operum effectibus, pares in duobus ostendit affectus. Quales has nuptias dixerim, nescio. Vnum scio; quia nescit nostra modò regio tales, dum illi propter regnum celorum se castiantes, nec prolem terrenæ fecunditatis expectantes, cælibem à Deo generationem receperūt: à quorum

2. Corinth. 2.

Matth. 19.

rum ore laus Dei nunquam deficit. Hæc est generatio querentium Dominum, querentium faciem Dei Iacob; qui viuentes in Christo, membra sua mortificantes propter Christum, super terram morientes; modò regnantes cum Christo bona Domini sui vident in regione viuentium.

CAPVT SEXTVM.

Cur Auctor hanc scriptionem suscepit?

Koniam de vita & virtutibus pij & sancti HENRICI Christianissimi Imperatoris, & miserationibus variis, quas fecit in domo Domini, de signis quoq; & miraculis, quæ post transitum ipsius per eum fecit Deus, satis ac dignè scripta sancta recepit Ecclesia: nunc animum pungit, ac in memorem venit, vitam memoranda Virginis nostræ KVNEGVDIS breuiter explicare, & memorie scripto commendare; vt ad exemplum eius se intuentes, quæcunque Virgines, quæcunque verè viduæ, perfectæ viræ normam arbitrentur conuersationem illius. Indignum enim nobis, sed magis operæ pretium duximus, vt illi officium non subtrahamus otis, cuius prouidentia quotidie alimenteremus corporis.

CAPVT SEPTIMVM.

S. Kunegundis, mortuo marito, pietatis exercitationibus sedulo insistit.

HENRICO itaque suo, suæ castitatis patientissimo semper custode, ubi eam suis, virginem, ut traduxerat in Christo, in ultimo spiritu constitutus resignauit, ad cælestia, quæ iugiter suspirabat, gaudia translato, illa se ad Dominum, ut semper, totam contulit; illum suæ castitati, necessitati, saluti adesse, illum suis Ecclesiis; illum filiis, quos ei in Christo aggregauerat, praesentem

tem affore, aduocare vigiliis, Orationibus instare, die practicam cum Martha, noctu contempliuam cum Maria vitam agere non cessabat. Quanta verò eleemosynarum largitate, quanta orationis instantia pro beati coniugis defuncti, anima desudauerit, in subscripta pagina, quam ipsa per se, (nam literarum, sicut & aliarum artium, distinguere auro, geminisque sacras vestes, fuit peritissima) composuit, & conscripsit, quicunque scire voluerit, cognoscere poterit.

CAPVT OCTAVVM.

*Epistola S. Kunegundis ad Confugiem-
sem Congregationem.*

Rom. 8.



HVN EGVNDIS, diuina dispensatione solo nomine Imperatrix, specialiter dilecta & Cōgregationi in Confugia, quid iustae cōuenit dilectioni. Propriæ aduersitatē sarcinam (velut astimo) facilius tolerarem, si vestræ res saluas, incolumesq; existere viderem. Quānū enim mens procellosis curarum fluctibus vndiq; quatiatur, vestræ tamen recordationis ancora à cordis profunditate non euellitur. Et licet longè remote ab oculis sitis, ab animo tamen nusquam receditis Quis nos separabit à charitate Christi? Casu doloris, an longinquitas remotionis? Quin etiam si amissæ facultatis v̄sus concedetur, voluntas h.ec operis exhibitione comprobaretur. Ipsum tamen modicum, quod adhuc, Deo volente, reliquum tenemus, vestræ commonitioni alienum esse nolumus, vt participatione paruitatis, reueletur magnitudo devotionis. Mater nāmque se parum habuerit, parum filius tribuit. Ecce h.ec modici sumptus munuscula ad refectionem vobis mittuntur carnis, vt animam * senioris, patris vestrī, continua orationis alimonia resiciatis: quo- & passim apud niam tot inforūm preces vñanimiter continuatæ, apud Deum multum Dīmarum. Hinc cuiuscum est possunt proficere, Iacobo attestante. Multū valet deprecatio iusti illud Italorum.

* Intelligit
Henricū Imp.
Senior & sic est
Dominus, &c.
& passim apud
Dīmarum.
Hinc cuiuscum est
illud Italorum.

Signor, & si-
gnoria.
Iac. 5.
Psal. 10.
Matth. 10.

Ille etiam, atq; etiam iussus Dominus, qui iusticias dilexit, equitatem supplicationis exaudire non respuit: sed vobis indecessu intercessoribus, supradicti chari memoriam facientibus, salutis dabit premium, quod ipse promittit, dicens; Qui perseverauerit usque in finem, hic saluus erit.

Atq;

Atq; bonum opus in conspectu etiam Dei placitum esse cernitur, si non solum pro illis, qui in hac vita positi, multa vobis bona sed pro illis etiam, qui nulla fecerunt, oraueritis. Obsecro ergo, ut eum à cordibus vestris nunquam abiiciatis, qui vos tanquam proprias amauit, atque hunc locum vestra seruitate flore voluit.

Estate quoq; me & necessitatū memores, semper in hilaritate cordis misericordes, secundum illud Apostoli: Dilectio sine simulatione. Nec non *Rom. 12.* vestra mentes in quandam mutue charitatis soliditatem magis ac magis concrebant, quatenus in die tribulationis clamorem vestrum ipsius aures exaudiant, qui dicit: Vbi duo, vel tres congregati fuerint in nomine meo, in medio eorum sum. *Quod vos omni modo promereri hortor, eodem praestante, qui cum Patre & Spiritu sancto viuit & regnat per omnia secula seculorum; Amen.*

CAPVT NONVM.

S. Kunegundis mundo se abdicans, religiosum habitum induit.

DEnique Chunrado * sibi succedente in Regno, * *Salico.* ipsa curis secularibus, sicut iam diu desiderauerat, exonerata, in ipso anniversario die transitus S. HEINRICI, Archiepiscopos cum Episcopis *Mundo se abdicat.* ad dedicationem Confugiensis Ecclesiae conuocat; vbi velata est; vbi inter Missarum solemnia, imperiali decentissimè omni cultu ornata, ante principale altare, virgo Deo deuota procescit, ibique thesaurum incomparabilem, ligni Dominici, Crucem paruam quidem in materia, sed maximā in virtute, Deo obtulit. At vbi lectio Euangelij, in qua supra arborem Crucis ascendens suspicentem se Iesum suscipere, & ab eo benedictionem pusillus meruit accipere, lecta fuit; regalem purpuram exuens, tunicam fusciorē, quam ipsa sibi manibus suis operata fuerat, vestem religionis, data sacerdotali benedictione, induit; Et multis pro se quidem flentibus, pro illa autem gaudentibus, que iam seculum damnasset in vestibus, capillis, qui huc usque in eodem monasterio pro ipsius seruantur honore,

P nore,

nore, præcisus, imposito sibi ab Episcopis velo, annulo fidei
subarrata, gratulabunda succinuit; *Posuit signum in faciem meam*
& annulo suo subarrauit me Dominus meus Iesus Christus.

CAPVT DECIMVM.

*Qualem vitam in Monasterio duxerit
S. Kunegundis.*



Ta Christo sposo ipsa sponsa consecrata, dum filiarum suarum se sanctissimo contubernio applicuisset, non ut mater filiabus se præferebat, sed in omnibus seruitiis seruilem se personam ostendebat: ita tamen, vt, cum omnia faceret, ostentationem fugeret singulorū, ne in præsenti seculo reciperet mercedem suam. Operabatur manibus suis. (Nulli enim in distinguendis auro gemmisque vestibus plurimum aut in stolis, aut in cingulis æstimabatur inferior) sciens scriptum esse: *Qui non operatur, non manducet.* Sponso aut orans loquebatur aut psallens. Ad Ecclesiæ limina* pñè tardioribus omnibus approperabat. Nihil seueritate illius iucundius: nihil iucunditate seuerius. Tristis in ritu: in tristitia sua vis. Breue vitæ spaciū æterna memoria compensabat. Idem illi locus Orationis & quietis fuit: idem semper habitus: incultum corpus: dum sciret reiciendas delicias corporis, quod paulò post veribus exarandum sit: semper eam legere, aut legentem audire videres. Multa illi circa contubernales deuotio: frequens decubantium visitatio: sollicita pauperum consolatio. Præterea, plura eam miracula fecisse credimus: sed quod* gratiam hominum, & oleum adulationis semper fugeret, esse suppressa: quod tamen incuria scriptorum, seu reuolutioni temporum, non defectui depudandum est virtutum. Pauca tamen, quæ in scriptis reperimus, aut veridica sanctorum alium, ubi illa Christo militabat, relatione cognouimus, hic inferre dignum du-
ximus.

CAPVT

2. Theff. 2.

* Surius &
pogr. Bamb.
Panè inuisa
properabat.

* gloriam hu-
manam.



C A P V T X I.

S. Kunegundis signo crucis incendium extinguit.

KVM post Orationis frequentiam inter lectionis laetitudinem ancilla Christi in lecto non plumis exstructo, sed cilicio strato, membra sopore grauata remisisset, puella sacrata, quae de more illi asidebat, sacros codices legens, cum ferè ad medium noctis lectionem extenderet, caligantes oculos clausit, lumenque è manibus illius prolapsum paleas corripiens, sui fragore circumiacentes sorores excitauit. Clamore ex concursu facto, Virgo Christi de somno excussa, dum colluctantes inter se, & concrepantes flamas circa se aspexit: ad orationis arma se conuertit, & signo Crucis adiunctionem illam absque omni suarum lassione vestium auertit. Tua sunt hæc, Christe, opera: qui olim Babylonum Regem in suo furore confudisti, & Chaldaicos ignes, ut pueri tui liberarentur illæsi, tua virtute extin-
xisti.

C A P V T X I I.

Exemplum severitatis in dissoluta vita Abbatissam.

DILUD miraculum tam stupendum, quam mirandum huic placuit inscribere, in quo animi illius constantiam, & rigoris severitatem discere poteris. Habuit secum sororis suæ filiam, * Utam nomine. Hanc à primis annis educatam, omni disciplina, secularium quoque literarum scientia instruxerat. *Hæc* mater terram non minus religionis, quam dilectionis amore secuta, & consecrata fuit. Quam in omnibus plenè instructam, ubi eius in orationibus vigilantiam, in ieiuniis perseverantiam, & ad omnia patientiam perspexit, omnium assensu & rogatu, primā in ipso cœnobio eam Abbatissam præfecit. Tum verò mater

P 2 filiam

* Hoffmannus
Iuditha vocat.

filiam suscipiens, iuxta commonitionem sanctam dudum habitam; præcedentium illi Patrum repetens alloquia, monet ob salutis affectum utilia, ac Deo placita sæpe dicere, frequenter audire, solitas religiosi itineris vias non deserere, magis magisque errorum deuia, & diabolica calcare figmenta, nullam luci ac tenebris, veritati atque mendacio, turpitudini atque honestati. apud Dei seruos docet esse communionem, sollicitè caendum, ne vanas secundo, desineret esse templum Dei, & habitatio dæmonum fieret, & demonis monumētum; lumina sua in Dei figere aspectum, primam quæ doceret, facere, vt fructum doctrinæ suæ ipsa, in cælis, Deo adiuuante, possit inuenire.

Hæc & huiusmodi iterum & iterum materno studio ei inculcans, quasi in omnibus iam perfectam, & ipsa magistram venerari cœpit. Illa, vbi immatura libertate potita est, paulatim à rigore suo desicere, molliorem cultum, lautiorem cibum, quæ vitiorum alimenta sunt, desiderare; ultima in choro, prima in conuiuio, puellarum fabulis interesse, ac in omnibus laxius se agere cœpit. Pro huiusmodi leuitatibus, dum eam frequenter sancta Dei inter se priuatim, publicè coram omnibus, secundum Apostoli præcepta, sæpius argueret, obsecraret, increparet, nec illa materteræ velut patrocinio aut familiaritate vanè confisa, vlo modo emendaretur; quadam die, dum ipsa cum Conuentu Crucem (nam dies Dominicus erat) sequitur, Abbatissa defuit. Quam illa inquirens, & epulantem cum coœvis in conclaui reperiens, zelo pietatis armata, cum verbo correptionis dextera maxillam eius percussit; quæ, quasi sigillum quoddam, formam digitorum eius accepit; qua omni tempore vitæ suæ non caruit. De quo nimirum facto constat: quia non tantum pro se, sed & pro aliis, rum emendatione, hoc pertulit, vt ad melioris vitæ statum à vitiis suis retorqueret.



CAPVT

C A P V T X I I I .

Miraculum in chirotheca S. Kune-
gundis.

Kortè & istud detractoribus fabulosum, & infidelibus incredibile putabitur : quod sanctitatem illius, quam, humilitatis gratia, ipsa latere voluit, muta elementa loquuntur. Denique cum post lectionem Euangelij suo solenni more * sacrificatura accederet ad altare, dexteræ manus suæ chirothecam detrahens, cum nullus, quò reciperet, adesset, à se reiecit ; quam radius solis per fenestra rimulas intrans suscepit, & tamdiu quasi famulando sustinuit, donec illa post * sacrificium rediens, * oblationem factura. eam reciperet. Tale etiam quid in beati viri ueste GOARIS aliquando diuina virtute ostensum fuisse legitur : qui dum à sede Rustici Treuirensis Pontificis despicitur, à summa maiestate, per maioris luminaris honoratur famulatum. Omnia itaque capax erat meritorum, qui iudicem cunctarum meruit habere virtutum.

C A P V T X I V .

Mors S. Kunegundis.

KVINDECIM in sancto proposito superuixit annos, tam humilitatis gratia, quam religionis reuerentia omnibus admiranda. Tandem, pro nimia ciborum abstinentia, orationis & vigiliarum increibili perseverantia, cœpit corpore langescere ; & ingrauescente morbo, paulatim deficere. Sed dum membra dolore contraherentur exterius, spiritu tamen (nam laus Dei semper in ore eius fuit) confortabatur interius. Vocabat sanctos angelos, quorum hic vitâ, illuc iam consortio fruatur : Apostolos & Confessores, quorum fidem & confessionem semper tenuit, interpellabat : Virginum Christi in suo exitu inuitabat

chorum ; quarum emulatione in carne dum præter carnem viueret, immaculatum Christo conseruauerat torum : omnium Deo famulantium sibi adesse, sibi occurrere orabat auxilium.

Rom 8.

Verè quod est scriptum ; timentibus Deum omnia cooperantur in bonum, in obitu tantæ Virginis vidimus comprobatum. Necdum spiritum exhalauerat, necdum Christo debitam reddiderat animam ; Et iam fama volans tanti prænuncia luctus, non tantum sacratas Virgines, aut diuersi Ordinis viros, verùm etiam totius urbis populos ad exequias vnius congregabat. Sonabant Psalmi, & totam domum, ubi sanctum corpusculum in medio super illo suo nobili cilicio compositum iacebat. In sublimè resonans letania pro exeunte anima quatiebatur. Interim, ex more, regales, tanquam Imperatrici, non ut pauperculæ debentur sorori, parantur exequiaz, aurea feretro obtendenda proferuntur velamina. Tum illa pallentes vultus, quos antè, ut, sponso venienti, lætos videres, ad hos retorquere, manus abnuere : Amictus iste, ait, non est meus : auferte hinc : ornatus hic alienus est. His, terreno sposo ; isti, cælesti copulata sum ; nuda de vetero matris meæ egressa, nuda regrediar illuc : his vitem misera carnis materiam inuoluere ; Et corpusculum meum iuxta tumulum fratri mei, ad Domini HEINRICI Imperatoris, quem me iam vocantem video, in proprio * loculo reponite.

Apog. Bamber.
* leculo.

Moritur S. K. negundis.

His dicitis, in manus Domini spiritum suum commendans, ad suum anima reuolauit auctorem, & in antiquam possessionem diu peregrinata concendit : terris, matrem communem se amississe, flentibus, cælis autem consuem in suum consortium se suscepisse gaudentibus.



CAPUT

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

CAPVT XV.

Funus S. Kunegundis. Deportatio Bambergam: Et sepultura.

BT A demum sacro illo corpore feretro superposito, longo nobilium ordine praeunte, multis hinc inde confluentibus, cum illo sibi semper familiarissimo pauperum contubernio, ad locum Babenberg sepulturæ sua prædestinatum, felices exequiæ usque delatae sunt. Tum verò relietas vrbes, vacua rura, desolatas ciuitates, vndiq; concurrere populos videres, matres paruulos suos in brachiis gestantes, infirmos in grabatis iacentes sanitatis gratiam sperare, felicem se credere, si cui aut ferto iungi, vel ab ipso contigisset obumbrari.

Tandem in Ecclesiam beati Petri Apostoli corpus non sine labore deportatum, triduanas ibi meritis suis, ac beneficiis condignas habuit exequias; filij, quos ipsa illuc in Christo * adunauerat, de matris pace iam securi, pro se autem solliciti, incessanter psallebant, dum eam sibi ad horam subtraham fine timore amissionis in spe perpetuæ intercessionis recepisse plaudebant: mater de celo filiorum prospectans affectum gaudebat. Ita velatum sacrum corpus, sacris vestibus, diademeate Christi capiti superposito, suo loculo in dextero latere, sicut hactenus veneratur, repositum est. Transiit autem anno Dominicæ Incarnationis Millesimo * tertio, Indictione III. V. Nonas Martij, regnante in æternum, qui est corona Virginum, Christo Domino nostro. O felix Babenbergensis Ecclesia, recepisti thesaurum, quem amiseras. Procax & malefica lingua detractorum oculorum testimonio confutata est, dum virginitas eius, rebus approbata sanctitas clarescentibus signis videtur testificata.

*Accursus ad
funus S. Kunegundis.*

*Apog. Bamber.
congrega-
uerat.*

**Gisico.
Emenda
MXL Indict.
VIII. Ita etiam
Baron. Trith.
in Chron. Hrfs-
ang. mortuam
scribit 1037.
Sed hoc non po-
test, cum hac
Et aliorum bi-
storia coſſeret.*

CAPVT

CAPVT XVI.

*Prefatiuncula in miracula S. Ku-
negundis.*

Hristianæ religioni proficiens Ecclesia fidelis, que
in Euangelio, voce Domini testante, Dei mater &
filia per gratiam nominatur; mater, quia sancta o-
perationis exemplo filios Domino generat: filia,
quia Virginis filio, pro salute mundi incarnato, eruditione
sanctorum Patrum quotidie generatur: salutem missam à Do-
mino, cœlestis archiatri effectibus medicinæ plenam, tam mē-
tis, quam corporis auribus animaduertat: Mundanæ machi-
næ conditor humano generi per inobedientiam lapsi con-
dolens, ut æternæ vita fructus faciétem nouam plantationem,
scilicet primitiū Ecclesiam insereret; Patriarchas & Prophe-
tas in mundum mittere dignatus est. Qui creditum sibi offi-
cium, quinque corporis sensibus, sextoque, qui est spiritus
Prophetiae, mysterium incarnationis Christi, & omnia, quæ
de ipso annucianda erant, prædicantes, alij asperitate vita, a-
lij diuersis pœnarum mortibus, ipsi, quem prophetabant, fa-
mulum suum fideliter implenerunt. Horum limes Christus,
æterni Patris consilio pro liberandis hominibus de intemera-
tæ Virginis vtero processit, ut iam inchoata plantationi, mis-
sis per orbem Apostolis, atque de suo corpore fuso cruore fa-
bricata, nouellam superadificaret Ecclesiam; quæ S. Trini-
tatis fide imbuta, & mundata baptismi gratia, Martyres, Con-
fessores, & infirmi sexus Virgines, animo tamen constantes,
primitias obtulit.

Inter quas B. CHVN BGVNDIS, flos Bambergensis Eccle-
siae, cum S. HENRICO, qui Romanorum Imperium tenuit,
sub coniugij specie, immortali sposo castæ virginitatis ho-
nore deseruit. Vnde iam eius sanctitatis merita per orbem
manifesta declaratione apparent; quia in loco, ubi sanctum
eius corpus quiescit, infirmi, quacunque laborantes ægritu-
dine,

dine, sanitatem recipiunt. Ut autem ad omnia testes caurissimi simus, veritatis amatoribus, etati nostrae succendentibus, de his, quæ scribimus, curiosè indagantibus, scilicet, quo tempore opera curationum præfata Imperatricis initium habuerint, largiente Domino, prout possumus, volumus explicare.

CAPVT XVII.

Energumenus ad sepulchrum S. Kune-
gundis liberatur. Tres contra-
cti, curati.

Anno Dominicæ incarnationis M. C. LXXXIX.
 Indictione II. Tiemone tertio decimo Babenbergenis Ecclesiæ Episcopo, quarto Pontificatus
 sui anno; ad Vincula S. Petri, ne de sanctitate præ-
 memoratae Virginis ambigeremus, signorum experientia cer-
 tificati sumus. Nam dum, solito more, populus ad prædictum
 locum orationum & vigiliarum causa conuenisset, affuit qui-
 dam dæmoniacus de villa, quæ dicitur * Dierrut; qui nec * Beirrus.
 pietatem agnoscens, nec scelus abhorrens, filium suum igne
 cremauerat. Hic duris funibus adstrictus, ad sepulcrum san-
 ctæ KVNEGVDIS ita mansuescere ceperit, ut furiali morbo
 absolutus, Deum omnipotentem laudaret, eique, cuius pa-
 trocinantibus meritis hæc sibi accidisse cognouit, cum ca-
 terua, quæ præsens adstiterat, debitas acclamabat laudes. Igi-
 tur dum hæc tam cleri, quam populi solenni deuotione age-
 rentur, tres contracti, unus in suburbio de hospitali S. AEGI-
 dij, qui magis reptando, quam * scabellis voluebatur: alter sanantur. Vida
 de domo Chunradi Maioris Ecclesiæ Præpositi: tertius item MS. Bamberg-
 de domo Ottonis in eadem Ecclesia Canonici, super sepul-
 crum beatæ Virginis positi, ab unius dolore pa-
 sionis una erecti sunt manu diuinæ
 curationis.

CAPVT

Tres contracti
sanantur. Vida
qui hac distin-
cione.

** per scabellum,*
intellige cru-
culas manus,
quibus contra-
cti vti solent.

C A P V T X V I I I .

Varia & grorum curationes.

Vlier paralytica , & altera sanctimonialis femina
vno pede claudicans ; & claudus de castro, quod
dicitur Giet, post momentaneam orationem vix

completam, in ipsa nocte curati sunt.

Puer, cui tanta membrorum mollities inerat, ut pœnè of-
fibus carere putaretur : alter de Licendorf macie deformi-
consumptus, gressum & loquendi officium, quibus omnino
caruere, receperunt.

* I Ichiatica.

Puella * sciatica de Gisenuelt , ne cum tumba ingesta
sacræ, propter turbam : Puer ex contractione nerorum ca-
rens officio pedum : Puella de Nuornberg planta pedes sur-
sum recurua , geniculo contracto : Item , de eodem pago
puella manum aridam habens , inter Orationes , & Vigilias
curati sunt,

C A P V T X I X .

Suspensi S. Kunegundis ope seruati.

* Kunegundis.

Vidam pro equo furtim sublato apud VVeram
fluum, in vico, qui dicitur, VVa segen, suspen-
dio addicetus est. Qui in tormento positus, vo-
ce, qua poterat, * B. Virginis aures appellavit:
cuius etiam festinatam opem sibi adesse præsenfit. Diuina e-
nim virtute, ubi populus abscesserat, vincula manuum disso-
luta sunt, & ipse laqueum sibi deponens, in ciuitatem reue-
sus, cunctis erectionem sui, dans gloriam Deo, & suæ saluatri-
ci exposuit. Quorum fideli testimonio ad nos usque delatus,
ad censem quinque denariorum à suis parentibus, ut pridem,
dum damnaretur, pro ipso deuouerant, inscriptus est.

Apud nos quoque non huic dissimile de seruulo quo-
dam, dum illaqueatus ab omnibus mortuus putaretur, si-
gnatum

gnum apparuit. Nam post electam virginam, quod signum mortis in talibus tormentis est, cunctis adstantibus insperatae saluti, ac vita restitutus est.

Tali modo apud Rottenburg, Imperiale castrum, duo absoluti multorum attestatione vsque ad nos peruererunt.

CAPVT XX.

Infans sine baptismo mortuus, reuiuiscit ad sepulchrum S. Kunegundis.

MIra, (at non Deo impossibile) & forsan nostræ ætati incredibilia dicturus sum, sed tota Babenbergium ciuitas facti expers non fuit.

Mulier de proxima villa Eltin vagientem suum, infra quadraginta dies sine baptismo defunctum, supra tumbam beatæ Virginis non sine spe resurrectionis posuit. Testor eum, qui est primogenitus mortuorum, qui mortuos suscitat, ubi miserabilis omnibus mater extincti sanctæ Virginis nomen Chvnegvndis ingeminando multos fletus effudit; quem examinem posuerat, de sepulchro viuum levigauit. *Infans mortuus resuscitatur.* Quis se à lacrymis, quis à laudibus contineret? Vt na vox omnium, ut frequens turba Sabbatho confluxerat; Qualis est hec? quam sancta? quam Deo cara? que claudos curvare, cacos videre, mutos loqui, extincta quoque membra reuiuiscere facit. Beatus venter, qui hanc portauit: benedicta à Domino yvera, qua hanc lactauerunt; de benedictione iam seculo

pereundi tanta gratiarum munera effluxerunt.

Q²

CAPVT

Puer mortuus resuscitatur.

Liud non huic dissimile signum, alio verò even-
tu in trienni puerō, in vico Grunberc celebra-
tum est: qui à mane usque ad vesperam in limo-
so lacu suffocatus iacuit, ubi à mulieribus sub li-
ni fasciculis repertus, & subleuatus, multo eulantium comi-
ratū, domum usque delatus est. Illic per noctem lugubres pa-
rentibus exequias celebrantibus, ubi mane sacerdos debitum
humanitatis completere astitit, populus qui aderat, qui iam
multa de signis Beatae C H V N E G V N D I S viderat, & audierat,
præsentiam illius sibi adesse in multa spe exauditionis rogita-
bat. Mirum in modum puer annularem digitum mouere co-
pit, & stupentibus omnibus, post spatiū unius horæ, sanus
surrexit. Huius facti primū ipse sacerdos sub stola; deinde
milites octo sub sacramento ipso, puerō in medium locato,
cum omni frequentia suæ plebis, testes ad nos venerunt.

CAPVT XXII.

Puella submersa reuocatur ad vitam.

* Catholicismo
¶ Iesus Crucis,
¶ & supplicatio-
nis in diebus
Rogationum.



Vella septennis in parochia Liuberstat dum ad
fontem incautè hauriret, infelici casu submersa
est. Quam, cum ad sua à * Crucibus homines
fuissent reuersi, (nam dies Rogationū instabant)
de fonte exitientiam leuantes, post votum ad memoriam bea-
tae C H V N E G V N D I S factum, quam dudum lamentabantur
mortuam, non sine laudibus diuinis viuentem admirabātur.
In hac trium resuscitatione mortuorum, cum & alia duo cor-
pora ad inuocationem sancte Imperatricis eiusdem, vite redi-
cta verissima testimoniis approbatione, ac ipsorum puerorum
præsentatione cognoverimus, quis, nisi sancta Trinitas ope-
rata videtur, quæ secundum signa, quæ ipsa facit, hæc & his
maiora facere postmodum suis promisit.

CAPVT

C A P V T X X I I I .

De muto.

Sicut quoque clarissimum clarissimis regni primoribus coram adstantibus celebre super muto factum sub oculis omnium, memorie hominum tradere non indignum duximus. Nam rem gestam ita per famulā suam Christus clare operari voluit, quod penè nullum latere potuit. Philippus Rex propter sui confirmationem, interim verò, quod magis fauorem sibi præstare credebat, propter translationem beatæ Virginis, *indixerat: farr.leg.co-mitia indexe-rat. mutus quidam fernulus in comitatu probabilium virorum de Pogen, conuenerat: quorum vasa, quia & ipsi pœnitentes erant, portabat. Regina ad Ecclesiam processura, cum de more solenniter à Clero suscipitur, confusus interim populorum clamor exoritur, non frustra morituro denique homini, sed Muto singula-soluitur. laudes cum Christo suo iam viuenti conclamatim. Testor Christum & eius Apostolos, iste, qui prius nullam, ut puto mutus, linguam nouerat, singulis ad interrogata, propriâ lingua disertus respondebat.

C A P V T X X I V .

De puerò à lupo rapto.

Sicut referam de bruto animali, cuius innata sibi rapacitatis ingluies, dum prædam rapuit, quasi nomen CHVNEGVDIS contra se inuocatū sensisset, à suo furore quieuit. Nam Lopus dum circa caulas ouium vespertinus naturę suę ingenio versatur, paruum ante fores incautè relictum, lustris suis intulit. Aliorum autem, qui territi fuerant per lupum, mater pueri clamore excitata, omnes ciues suos, manibus complosis pectora tundēs, multis eiulatibus in dolorem commouit. Omnibus bestiam insequi, quia nox instabat, incassum iudicantibus, mater ad Ecclesiam confugens, signis, velut mortuo, tertio compulsa-

Q 3 tis,

Invocatōne B. tis, pro conseruatione filij aures Virginis illic pernox appellare non desinebat.
Kunegundis
eripitur pue-
rulus ex fau-
cabus lupi.

Mane factō nutritius ille syluæ erūpens, paruulum, quem rapuerat, illasum reportat, & insulco, ybi boues pridie arauerant, in pellicula sua diligenter inuolutum collocat, ipse propter sedens custodias obseruat. Vbi verò ruricolas & vomeres iam appropinquare sibi videt, quasi de paruuli quiete securus, mansuetus discedit. Quem illi, vt mos est, clamore persequentes, seruus, qui boues stimulabat, pelles aspiciens, ecce, ait, tegumenta pneri, quem lupus rapuit. Accurrens, dormientem paruulum intactum, vultu splendidum reperiunt, & non sine multa admiratione hæc considerantes, ciuibis & matri nuntiant. Illa aduolans, & præ gaudio in lacrymas pro rumpens, ybi, & quo modo fuisset, inquirit. Ille, iuxta ætatem simpliciter; *Canis, ait, ille, qui me aportauit, blandè me perlingens in si-*
nus suo compositum, tota nocte dormire fecit.

C A P V T X X V.

De seruulo.

Sta, quæ modo succinctè miracula diximus, & alia plura, quæ vitio prolixitatis transimus, ne more hirudinis lectorē, quem huc usque studiosum tenuimus, effluendo fastidiosum occidamus, signum in seruulo quasi annorum sedecim diuina operatione *exponamus, aut simile quid deesse videatur.

*acrem,

Estum. * Qui cæteris membris secundum ordinem naturæ bene dispositis, in principali, quod est caput, tanta passione agitabatur, vt sine intermissione parieti, si proximus esset, allideretur, pectus mento tunderet, scapulas tempore verberaret, nunquam in eodem statu, vel verba fundens, cibum aut potum vix aliquando sumens, permaneret. Si quando illi dormire contigisset, solo collapsus, modo caput terra, modo *cælum pulsare videres; & quod miserabile dictu, dum ab omnibus, propterea quod horribilis visu foret, fugeretur, à singulis videri optabatur.

IIIc

Iste antè fama, quām aspectu notus, dum ad nos peruenisset, stipem inter domos accipiens, aliquandiu sustentatus est. Hunc archisynagogus videns, si vestra CHVNEGVDIS, ^{* Iudæus.} ad Christianos ait, istum curauerit, me Christo ac fidei vestræ ^{I. Cor. I.} applicare poterit. Sed, quod dicit Apostolus: Iudæi signa ^{* que-} petunt; in hoc Iudæo ostensum est. Nam patiens tertia Dominica Resurrectionis feria, dum super sepulcro salutiferæ Virginis salubri premeretur sopore, manu inuisibili quadam taetus, inde sanatus, cum summa omnium admiratione, ac laude abscessit. Iudæus verò infelix à perfidia sua æternos passus ignes non recessit.

CAPVT XXVI.

Deterra in thus, & ingrana mutata.

Illud autem in ultimo, quod tamē signorum illius non ultimum fuit, subnectam. Quoniam terra circa sepulcrū eius à fidelibus collecta, in speciem lucidissimi thuris, aut etiam mundissimi grani fuit frequenter redacta. Super hoc Innocentius Papa in ^{Ez. Innocentius III.} Sermone ad populum in Lateranensi Palatio habito, vitæ illius merita, & miraculorum insignia commemorando, subintulit; Recte, fratres charissimi, puluis ille, quo gleba huī sanctissimæ Virginis debito humanitatī sepulta tegitur, in thus atq. granum redigitur, monium Ponque se sub sexu fragili, dum viueret, à lictis continens, ab illicitis abstinentis, tifia de sanctibatum Domino holocaustum obtulit, & diues Christo, pauper sibi, pauperes Christi sub diversi ordinis atq. sexus professione quotidie pascit. Merito ergo in catalogo sanctorum erit adscribenda, quæ vitam sanctorum semper studuit imitari. Collectam itaque à nobis conscriptam cum officio totius missæ huic nostro sermoni apposuimus, & Apostolica auctoritate omnibus Ecclesiis in honore tanta Virginis decantari direximus.

S. Henrici sponsam, scilicet Cunigundam Virginem. *Siffridus Presbyter Misnensis, lib. 2.* Anno M. CCI. Sancta Cunegundis Imperatrix & virgo Canonizata est ab isto Papa Innocentio III. Causa canonizatio bilem mouit Aventino, qui lib. 7. admodum stomachosè. Ne (Episcopi) res diuinæ flocci facere videantur, magno religionis supercilio Chunegundam albo superum adscribunt.

CAPVT

Epilogus cum precatione ad S. Kuhnemundem.

HAEC paucissima de virtutibus & signis CHVNNEGVDIS sanctissimae Virginis prudentissimae charitati vestrae inter innumerabilia dixisse sufficiat; quæ si quis euolutè perstringeret, prius ipsa pagina, quam materia deficeret. O beatam, o prædicandam, quæ regnum mundi, & omnem ornatum seculi pro cælesti ornatura despexit, Christum sibi sponsum regio spôso legaliter, non carnaliter copulata delegit; quæ Virginitatem suam inter regales thalamos probando, ut infamia malum sibi ab inuidis obiectum expurgaret, ignes calcauit. Quæ, dum non prolem morituram exspectauit, eius casta generatio, nunquam passura successionis detrimetum, quando Ecclesia in filiis suis per eleemosynas ipsius diuina laudis semper accipit incrementum; quam cum Christo suo, quem amauit, in quo credidit, quem dilexit, etiam post mortem viuere, signa crebra loquuntur. Ad memoriam eiusdem cæci visum, extinti vitam, muti loquelam, aures obstructæ recipiunt auditum.

Quantam igitur illam fuisse credimus, quæ viuens, nullo teste, dum intactam vitam sola exercuit, cum tanta illam post mortem signa fecisse, sub oculis omnium viderimus. Ad nos ergo signa ista, quæ foris miramur, intus transferamus, vitam nostram & mores corrigamus, ut si virginis consortium non meremur, post declivia vitiorum sit nobis præmium per Virginem tantum supplicium euafisse peccatorum.

Virginis iste docet CHVNNEGVDIS gesta libellus,
Plura tamen dicenda tacet, dum flumine merge
Cymba timeret; moritur, quæ tangit, bestia montem.
Sed, quæ lingua filet, pro virgine signa loquuntur,
Quæ famam laudis eius tam crebra loquuntur,
Dum cæci, muti, claudis optata salutis
Cura venit, dum languor abit, febrisq; recedit.

Vite

Vita redit, recipitq; cutis conspersa colorem.
 Hoc potuit, qui cuncta potest, dare Virginitati,
 Qui montes transferre valet, dare credulitati.
 Nupta viro sub lege viri vult Virgo latere,
 Sponsa sub arrata, sposo tamen in uiolata,
 Et Christum sub corde virum sibi legit habere.
 Seruat Virgo fidem; res claruit igne probata.
 Discite coniugium calebs, ubi nulla voluptas;
 Qui sine misura seruant legalia iura,
 Cuncta nihil pensant, quæ mox fuerint ruitura:
 Hic in spe fructus mittentes semina luctus
 Gaudia longa metent agnumq; sequuntur in alio.

Oratio.

ORamus te virgo sanctissima, Imperatrix gloriofissima, Precatio Au-
toris ad S. KVnegvndem.
 quæ terras misericordiarum tuarum operibus, calos re-
 spersisti virtutum floribus, fluctuantibus in mundo tuis assi-
 ste, procellas turbinoſas aduersantium tuis orationibus pro-
 pelle, cunctos tibi deuotos, vitiis propulſis, perpetuò tuis fac
 gaudere beneficiis & meritis, & omnes ſcribentes, ſive fide-
 lium legentes hujus textum lectionis fructu non priuentur
 ſua partæ deuotionis, Amen.



NOTATIONES IN VITAM

S. KVNEGVDIS.

Vis hanc vitam conscriperit, dicere non habeo,
 niſi fuerit Nonnosius Monachus, cui Hoffmann-
 nus in Annalibus Bamberg, hunc fœtum tribue-
 re videtur. Illud liquet, ſcriptorem hunc, diu poſt
 beatum sanctæ Virginis obitum vixiffe, vt pote, qui Innocen-
 tium III. ſub finem citet. Exſtat quoque Tomo ſecundo Surij.
 Sed hanc non paucis locis ab illa diuersam, ex Codice manu-

R ſcripto